

## VANILLA. SWARTZ.

Perianthium cum ovario articulatum, deciduum, pentasepalum, patens. Labellum gynostemio adnatum ecalcaratum. Anthera terminalis operculata. Pollinis massae pulvhereae. Capsula siliquaeformis carnosa. Semina globosa aptera.

Herbae parasiticae, caulescentes, repentes. Flores subspicati. Capsulae suavissime aromaticae.

## VANILLA ODORATA. PRESL.

V. foliis linear - lanceolatis acutis nervosis, capsulis linear - lanceolatis longitudine foliorum.

Hab. in Guayaquil. 24

Scapus teres, repens, foliosus, ad articulationes radicans. Folia brevissime petiolata, erecta, linear - lanceolata, acutissima, nervosa, carnosa, 5 - 7 pollices longa, 6 - 8 lineas lata. Spica brevis, rhachi a floribus delapsis cicatrisata. Flores deperditi. Capsula sessilis, linear - lanceolata, basi et apice attenuata, capitellata, semipedalis vel parum longior. Semina nigra nitida aptera.

A V. angustifolia et V. planifolia, quibus affinis videtur, foliis capsulisque differt.

Odorem aromaticum specificum triginta sex post ellipsis annis, quod specimina collecta fuerunt, capsulae nondum perdiderunt.